Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25995
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Xps teptatur a dyabolo

Daniel destruxit bel et interfecit draconem bel legitur in daniel

Lectenus audiuimus quomodo xpc fuit baptizatus nunc
nota audiamus quomodo a dyabolo est teptatus post
baptismum ihesus fuit ductus in desertum a spiritu. ihesus
intrauit in desertum ex spiritu sancto instinctu non
est intelligendum quod dyabolus duxit eum per aerem sicut angelus
duxit abacuc in babylonem sic et nec dyabolus
duxit super templum quod hoc facilius intelligatur
idem per exemplum hoc verbum duxit non ponitur omni loco
tempore pro baiulare aliquando non solum inductione ad du-
catum sicut hic est moyses duxit filios israel de egypto
non quia baiulauit eos in dorso sic dyabolus xpm non
per aera baiulauit sed in forma hominis ei apparens se-
cum ire persuasit xpc autem qui pro nobis teptatio-
nes sustinere volebat sibi consensit ut secum
in montem templum ascendebat voluit autem tep-
tari a dyabolo xpc propter nostram instructionem ut ostenderet ne-
minem viuere posse sine teptatione quia nisi xpc
filius dei a dyabolo teptari voluit nullus putet quod
sine teptatione viuere possit et si forsan homo ab v-
na teptatione liberatur sentit alia sibi adinoles-
cere quia propter non est teptatus ab vno ini-
mico quia demones temptant nos vitiis
suis in modo et si deus nobis suam et angelorum custo-
diam non dedisset

nullus homo teptationes demonum euadere po-
tuisset. Nam sicut radius solis plenus esse videtur
pluribus ita mundus iste plenus est demonibus et ideo
si aliquem propter teptationes cecidisse videmus intimo cor-
de sibi compati debemus et statim debemus eum contemp-
nere vel punire sed si possemus peccatum eius occultare et
excusare si autem non potimus excusare factum propter perpetra-
tionem excusemus eum per ut potimus per ipsius intentio-
nem si autem tale factum est quod nec intentionem possumus excusa-
re debemus quidem cum ipso gemiscere et cogitare
quod temptum dominus tristissime multotiens accidisset ni-
si deus potentia suam nos custodiuisset. Notan-
dum autem quod teptator proposuit xpo vicia que sunt
gula superbia auaricia cum xpc xl diebus et xl
noctibus ieiunasset suspicatus est sathanas quod
famelicus esset solet autem dyabolus hominem teptare
per tale peccatum ad quod videt eum magis
inclinatum tum autem ihesum famelicum esse autumna-
uit cogitabat ut de gula eum teptaret et teptacio-
nem primi hominem per gulam inuadit quia inessatus ci-
tius quam abstinens in peccatum cadit. Unde et pri-
mos parentes de gula primo teptauit et ad co-
medendum fructum prohibitum instigauit.

in actibus